



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Et plangent se super eum omnes tribus terræ, etiam, Amen. Sectio. XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

Integritas leui sorde aspersa violatur, & gratia sua munus amittit. Hæc Ambrosius. Tangere autem est, vel minimum læde vthinc discas summum Dei erga nos amorem, qui vel minimum suorum tactu, n. sibi acerbissimum esse demonstrat, cum eum comparet læsioni pupillarum. D. Hieronymus in commentarijs super Zachariam sic exponit, *Quis sanctos, inquit, Domini tetigerit, sic est, quasi vexare cupiat pupillam oculi eius, & illum nitatur clara luce prinare, de qua loquitur, Matth. 5. Vos estis lux mundi.* Itaque vult Hieronymus sanctos esse veluti lumen oculorum Dei: quo quid præclarius dici potuit ad iniuriarum magnitudinem amplificandum, quibus sancti à sceleratis hominibus afficiuntur, nihil enim aliud præstant, quam Dei pupillam tangunt, & eius oculorum lumen offendunt.

D. Hier.

Matth. 5. 15.  
Oculos Dei  
offendunt  
qui sanctos  
lædunt.

Et plangent se super eum omnes tribus terræ, etiam, Amen.

SECTIO. XVIII.

NON placet quorundam sententia existimantium, hoc loco sermonem esse tantum de Iudæis: quamquam enim paulo antè Ioannes de Iudæis locutus fuerat, cum dixit, *Et qui eum perungerunt, quod ad Iudæos spectare diximus: quia tamen simul de vniuersis hominibus dixerat, videbit eum omnis oculus, non cogimur, eum, cum adiundit, Et plangent se super eum omnes tribus terræ, ad Iudæos tantum restringere, eò vel maximè, quod his verbis videatur aspicere ad locum illum Matth. 24. Vbi Christus ait, Parebit signum filij hominis in celo, & tunc plangent omnes tribus terræ.* Vbi Dominum non de solis Iudæis locutum perspicuum est: idemque modus ipse vniuersè loquendi de omnibus terræ tribubus, non obscure confirmat: qui non satis explicatur de Iudæis, qui ex omnibus tribubus, toto orbe dispersi sunt: cum non dictum sit à Ioanne, omnes tribus in terra, sed omnes tribus terræ, quod fusiores significationem habet. Nec verò illud magni est ponderis nomen tribus, solere in sacris literis Iudæis attribui, Ioannemque hoc loco φυλλῶ vsurpare, quo cap. 7. vitur cum sigillatim nominat tribus Israël: quamquam enim Latinum nomen tribus, & Græcum φυλλῆ de Hebræorum tribubus dici soleat, tamen neque ex primaria impositione, neque ex accommodatione, & vsu ad solos Iudæos pertinet: nam quod ad impositionem spectat, Athenienses populum in duodecim partes diuidebant, quarum vnamquamque φυλλῶ, id est tribum, nominabant: rursusque vnamquamque φυλλῶ in tres partes secabant, quarum singulæ φερετρα dicebantur: & ij qui ad φερετρας pertinebant, φερετραί appellabantur. Quo ad accommodationem verò, & vsu, non solis Iudæis φυλλῆ, nomen attribui, palàm est ex Genes. 28. vbi Dominus loquens de omnibus gentibus, quæ in Christo erant benedicendæ, dixit Iacob Patriarchæ, *Benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ.* Pro quo 70. habent, *εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα αἱ φυλλῆ, καὶ ἐν τῷ σπέρματι σου.* Et Psalm. 71. vbi etiam est sermo de omnium gentium ad Christum conuersione, dicitur, *Benedicentur in ipso omnes tribus terræ.* Græcè *εὐλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλλῆ τῆς γῆς.* Quare orbitamur, loqui Ioannem de omnibus in vniuersum reprobis, tam ex Iudæis quàm ex gentibus, qui vel Christi fidem recipere noluerunt, vel eius præcepta non seruauerunt. Hi omnes conspectu Christi in extremo iudicio maiestate, & iudicandi potestate, suâque ipsorum damnatione intellecta, acerbissimo & grauissimo dolore torquebuntur, infelicemque suum statum lamentantes *plangent se super eum,* hoc est se ipsos plangent, atque de seipsis conquerentur, *super eum,* hoc est propter eum, vel non creditum, vel non dilectum: Græcè pro *plangent*

I. Matth. 24. 30.

Nomen tribus non ad solos Iudæos pertinet.

Gen. 28. 14.

Psal. 71. 17.



Reproborum dolor in extremo iudicio acerbissimus.

est καὶ Ἰουδαίῳ est autē ἡ δόξα, prae doloris impatientia corpus dilacerare, quod magis adhuc explicat reproborum dolorem. Est locus similis apud Zachariam c. 12. quamvis non de omnibus reprobis, sed de Iudaeis tantum reprobis loquatur, ut patet ex ipso contextu, qui in extremo iudicio Christum iudicem intuentes, peculiarem prae caeteris gentibus habebunt dolendi causam. Et plangent, inquit, eum planctu, quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. Solet scriptura lacrimam planctum maximum, ei, qui fit in morte unigeniti, comparare, veluti Amos 8. Ponam eam, quasi luctum unigeniti, facti tibi planctum amarum.

Amos 8. 10

Primogenitus Iudeorum cur Christus appelletur.

Recte autem dicitur, plangenti se, quia seipsum Iudaei plangent, seu de seipsis confitentur: quod Septuaginta expresse transferentes, plangent super se planctum: cum autem Christus eorum primogenitus appelletur, significatur, originem à Iudaeis traxisse. Denique addit Ioannes, etiam Amen, καὶ ἀμήν prior dictio Graeca est, & significat, certò, posterior est Hebraea, & est hoc loco confirmantis, iuxta ea, quae diximus in sectione 15. posuit verò Ioannes utramque sectionem, ut eorum quae dixerat omnino immutabilem veritatem, omnibus, quorum praecipui erant Iudaei, & Graeci proprio terrae idiomate exprimeret, quasi diceret, ita est, ita est, quemadmodum praeter alios docet Arethas, cuius haec sunt verba τῶν τοῖς δὲ τοῖς εἰρημῶν τὸ βεβαιῶν ὅτι μαρτυρῶν ἐπεσφραγίσαι Ὡς ἔπειτα καὶ ἡ ἀμὴν καὶ καὶ ἡ ἀμὴν ἐξ ἑλλήνων συνθεία τὸ ἀμεταποίητον τὸ εἰρημῶν ἐξακολουθῶν, τὸ δὲ ἀμὴν, παρ' Ἑβραίων τὸ μὴδὲν ἀγγέλλει μὴδ' ὡν μὴ συνέχεται τὰ ἡπειρημῶν ἐπαρμῶν: quae ita reddes. Ut autem ea, quae dicta sunt, firma esse testetur sigillo obsignavit dicens καὶ ἀμήν, etiam Amen, καὶ quidem, quod ex Graecorum consuetudine, perfectam immutabilitatem notat: Amen, verò, quod apud Hebraeos significat nihil posse obstare, quo minus ea, quae promissa sunt, evenciant.

II.

Primum, non est praetermittenda Rupertii observatio, non tamen hinc, sed in locum Zachariae citatum, recte, hunc planctum comparari planctui super unigenitum, Quia infelicissimum, inquit, erit amisisse salvatorem vinctum, & unigenitum: Ita ut iam nec ipsum, nec alium expectare integrum sit, quo omnes incitentur ad salutem procurandam, quippe quae semel amissa, finaliter, ut loquuntur Scholastici, iterum recuperari non potest. Secundò notandus est modus ille loquendi: plangent se super eum. Seipsum enim reprobi plangent super Christum, quia videlicet sua ipsorum culpa, eum recipere & amare noluerunt, iuxta illud Osee 13. Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum, id est, tu es auctor tuae perditionis, & tuarum omnium calamitatum tibi causa extitisti, quare non est, cur mihi succenseas, nam quod ad me attinet, ego servare te volui, & omnibus in rebus tueri. Hic enim sensus colligitur ex Paraphrasi Chaldaica, quae sic habet Cum vos depravatis opera vestra, o domus Israel, dominantur in vos populi, sed quousque conuersi estis ad legem meam, verbum meum fuit vobis presidium. Quanquam Divus Hieronymus aliter interpretatur, hoc sensu. Infelix Israel, & dignus maledictione perpetua, qui in tantum impietatis descendit profundum, ut solius Dei saluetur misericordia: quo significatu nihil meriti esse in Israel, ut saluus fiat, sed vetera merita nonis peccati deleuisse.

Reproborum plactus, plactus unigeniti, cur comparatur, Osee 13. 9.

iterum recuperari non potest. Secundò notandus est modus ille loquendi: plangent se super eum. Seipsum enim reprobi plangent super Christum, quia videlicet sua ipsorum culpa, eum recipere & amare noluerunt, iuxta illud Osee 13. Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum, id est, tu es auctor tuae perditionis, & tuarum omnium calamitatum tibi causa extitisti, quare non est, cur mihi succenseas, nam quod ad me attinet, ego servare te volui, & omnibus in rebus tueri. Hic enim sensus colligitur ex Paraphrasi Chaldaica, quae sic habet Cum vos depravatis opera vestra, o domus Israel, dominantur in vos populi, sed quousque conuersi estis ad legem meam, verbum meum fuit vobis presidium. Quanquam Divus Hieronymus aliter interpretatur, hoc sensu. Infelix Israel, & dignus maledictione perpetua, qui in tantum impietatis descendit profundum, ut solius Dei saluetur misericordia: quo significatu nihil meriti esse in Israel, ut saluus fiat, sed vetera merita nonis peccati deleuisse.

Ego sum, A, & Ω, Alpha & Omega, principium & finis, qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens.

SECTIO XIX.

CONCLVIT Ioannes in sua praefatione Christi laudes eximias, eumque loquentem introducit, ut firmiora sint ea, quae haecenus de eo dixerat,

Ego

